



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propugnaculum: Pontificum,
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

Gomez, Cristobal

Antverpiæ, 1681

Adrianus Brouvvershauio n. 26

urn:nbn:de:hbz:466:1-38486

26. AB ADRIANO BROUWERSHAVIO *Theologiae Doctore*, *Rectoreque magnifico qui graui Oratione in Magistros, ac Parentes inuehebatur, qui discipulos, filosofve retraherent ab ingressu Societatis, quam Religionem Apostolicam, & difficillimis Ecclesiae temporibus à Deo excitatam, predicabat, quaeque haberet viros eximia virtute ac doctrinâ præditos, in Concilio Tridentino inter Pontificios Theologos, cum insigni dignitate obtinentes locum. Hæc ille. Ibid. lib. 6. cap. 1. fol. 736. Et postea Ibidem. cap. 5. fol. 886. testatur, Institutum nostrum profus esse Apostolicum, ad collapsam veterem disciplinam in integrum restituendam. Addebatque. Patrem Adrianum ac socios esse raræ virtutis, doctrinæque viros: adeoque spiritui sancto resistere, vel certè nostrum vitæ genus ignorare, qui qui nobis aduerfarentur. Hæc ille.*

*Societas
Apostolica
Religio.*

*Habet viros
eximia vir-
tute, ac
doctrina
præditos.*

*Eius Insti-
tutum Apo-
stolicum ad
collapsam
discipli-
nam resti-
tuendam.*

27. A THOMA STAPLETONIO *Duaci doctrina, opinione celeberrimo, ad familiarem sibi hominem de Societatis ac Lessij sanâ doctrinâ, Louanium in hæc verba scribente. Vehementer (inquit) gaudeo, Reuerendissimum D. Middelburgensem, quem spero breui pace confecta ad sui Episcopatus munia obeunda profecturum, tam piè, doctè, ac strenuè causam agere R.R. P.P. Societatis, contra importunam censuram Facultatis Louanienfis; velim sciat, in Concilium Facultatis Duacensis me vocatum non fuisse, cum de illa censurâ suum iudicium parum, vt audio, æquum & minus modestum præscriberet. Imò cùm ante complures menses eandem ad me censuram Michaël Bayus misisset, meam sententiam non tam petens, quàm explorans, rescribens suasi, ne illam censuram amplius euulgaret; monuique, maiorem esse Societatis gratiam, & auctoritatem, quam vt eam Facultas Louanienfis labefactare possit. Precabar denique, vt studium veritatis, vinculum Charitatis non dissolueret: sed video me vel serò, vel surdis locutum fuisse. Sic ego sum Reuerendissimo Atrebatensi, vt nedum illi censuræ subsignarit, nec, spero, subsignaturus sit. Doleo hanc nouam maculam Facultati inustam, & Patres*

*Defenditur
eius doctri-
na, à Lo-
uanienfi
censura.*